



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis  
Disciplinis & religione Christiana**

**Regino <Prumiensis>**

**Parisiis, 1671**

60. Ut altaria mundissimis linteis cooperiantur; & ut Presbyteri feminis  
prædicent ut linteamina dent unde altare vestiatur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14622**

De eadem re.

LIX. Interea non est leviter accipiendum quod Dominus dicit: *Domus mea domus orationis est.* Si enim dominus Dei orationis dominus vocatur, hoc debet esse quod dicitur, nec ibi aliud debet geri aut recondi. Ubi enim corpus Domini consecratur, ubi angelorum praesentia non dubitatur adesse, ubi sanctorum reliquiae reconditae venerantur, ne quid inhonestum appareat quod oculos ad orationem venientium offendat, ne quid ibi videatur quod ad lucrum temporale pertineat; sed omnia sancta, omnia munda, & tantummodo ad ecclesiasticum ministerium pertinentia.

Burchard. lib.

3. c. 86.

Esa. 58.

Ut altaria mundissimis linteis cooperiantur; & ut Presbyteri feminis praedicent ut linteamina dent unde altare vestiatur. *Ex Concilio Remensi cap. v.*

LX. Observandum est ut mensa Christi, id est, altare ubi corpus dominicum consecratur, ubi sanguis ejus haeritetur, ubi sanctorum reliquiae reconduntur, ubi preces & vota populi in conspectu Dei a sacerdote offeruntur, cum omni veneratione honoretur, & mundissimis linteis & palliis diligentissime cooperiatur, nihilque super eo ponatur nisi capsae cum sanctorum reliquiis, & quatuor evangelia. Expleta Missa, calix & Sacramentorum liber cum vestibus sacerdotalibus in mundo loco sub fera recondantur.

Burchard. lib.

3. c. 97.

De linteis altarium præparandis.  
*Ex Capitularibus.*

Lib. 1. Capi-  
tular. c. 152. Presbyteri per parrœchias suas feminis  
prædicent ut linteamina in altaria præparent.

Ut nullus Presbyter alterius parrœchianum  
ad Missam recipiat. *Ex Concilio  
Nannetensi cccc xviii.*

Concil. Nan-  
net c. 1.  
Burchard. lib.  
z. c. 92. LXI. Ut dominicis vel festis diebus Pres-  
byteri , antequam Missas celebrent , plebem  
interrogent si alterius parrœchianus in Eccle-  
sia sit , qui proprio contempto Presbytero ibi  
Missam velit audire ; quem si invenerint , sta-  
tim ab Ecclesia eiciant , & ad suam parrœ-  
chiam redire compellant. Similiter interro-  
gent si aliqui discordantes sint , qui inter se li-  
tem implacabilem habeant. Et si inventi fue-  
rint , statim reconcilientur. Quod si noluerint  
pacem suscipere , ab Ecclesia eiciantur usque  
quod ad caritatem redeant. Non enim possu-  
mus munus vel oblationem ad altare offerre  
donec prius fratri reconciliemur. His ita per-  
actis , sacerdotes Missarum sollemnia rite per-  
agant.

Item ex eodem Concilio. *Ex Capitularibus.*

Concil. Nan-  
net. c. 2.  
Lib. 1. Capi-  
tular. c. 153.  
Burchard. lib.  
z. c. 91. Ut nullus Presbyter alterius parrœchia-  
num , nisi in itinere fuerit , vel placitum ibi ha-  
buerit , ad Missam recipiat.

De oblationibus fidelium ad altare.

L X I I . Si aliquid fideles ad altare offerunt,  
a ministro receptum post altare ponatur.